



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Quæ pro religione interim molitus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

debat. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Nec ab officio constātis Prophetæ vllō vnquam incommodi sui metu est retardatus. liberrimè semper & pro concione, & priuatim, quæ censuit ad conscientiam Regis pertinere, ei subiecit.

Inter cetera persuasit hoc eodem anno, antequam ille Pragam abiret, vt, quoniam res apparebat vsq; magis in præceptis ruere, aliquot prudentium virorum consilia seriò cōferri iuberet; causasq; exitij, & remedij vias peruestigari. Quam consultationem cum ipsi Canisio, & Collegij Rectori Nicolao Lanoio, duobusq; consiliariis suis admodum Catholicis demandasset, & Canisius ex Vrbe quoq; ab Ignatio opportuna ad eam rem consilia poposcisset, & accepisset, vix quicquam ultra processum est. Cum veniendū erat ad rem, Austriæ pessimus status hoc tempore. timebantur tumultus ac defectiones: & alienior eo videbatur seueritas, quo maiores Hungariæ clades per eadem tempora Turcæ alias super alias inferebant. Cū tamen sapientissime Magnus Leo pronuntiet, Res humanas aliter tutas esse nō posse nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent, & regia, & Sacerdotalis defendat autoritas. Catholicorum Pastorum tanta premebat inopia, vt Catholic

N

tholici